22 Ann. 8
... G. Ferraro, I [illegible] d'Italia giudicati da P. Paolo III e dal suo
... Bibl. Cod. n. 2372 (Miscellanea) f. 35–45

<u>Sperandio Sabina</u> [illegible] Urkunde v. 974.
u. Tusculan

In nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi temporibus domni Ottonis magni Imperatoris
bus Augusti et domni Benedicti beatissimi episcopi et domni Girardi incliti marchionis
et comitis de territorio Sabinensis patritii Romanorum mense Januarii per indictionem
XVII. Ego domnus Ovardus comes filius suprascripti domni Girardi pro redemptione animae
meae, patris mei, Heribertae domni Hugonis incliti comitis matris meae et Ingize
uxoris meae ac eius clarissimi patris domni Azzoni et pro remedio animarum domni
Alberici avi mei ac Hugonissae domnae Adalberti incliti marchionis avie mee et domni
Eberardi abavi mei ac Alotariae domni Ovardi comitis sacri palatii abavie mee
omniumque mortuorum meorum usque ab initio, qui de meo genere fuerunt insimul
cum Desiderio Hugone et Johanne filiis meis ex una parte et ex altera ego domnus Johannes
Patritius pro redemptione anime mee et Euthasio domni Aymonis incliti comitis
uxoris mee et pro remedio domni Romuli ducis avi mei et Smiride domni Gezonis
incliti ~~et~~ comitis avie mee et ac domni Gregorii comitis abavi mei et patris eius domni
Octaviani Papae omniumque mortuorum meorum insimul cum filiis meis Berardo Theodino
Benedicto et Ragnerio per refutationis factum spontanea nostra voluntate omnis supra
scripti refutamus ~~tibi~~ vobis domno Benedicto beatissimo episcopo omnia, quae occupavi
mus de tuo comitatu Sabinensi una cum carte et civitate Gabinatum et eius
ecclesiam s. Johannis et Gualdas suos in vico Calentini repromittentes daturos libras
XX auri optimi toties quoties per nos vel submissos magnam parvamque personam
procuratum fuerit invadere vobis et successoribus tuis. Idcirco pro firmitate perpe
tua presentis facti refutationis ex iussione suprascriptorum omnium. Ego Romanus
notarius scripsi. Signum manus supradicti ~~Ovardi comitis refutatoris~~ domni Girardi
incliti marchionis. Signum manus supradicti [Ebrardi comitis] ~~domni Johannis patritii~~ refutatoris
Signum manus supradicti domni Johannis patritii refutatoris. Ego Guarinus iudex
interfui. Ego Crescentius iudex interfui. Ego Superstas testis. Ego Ildus testis. Ego Roma
nus notarius compleui et dedi.

Fr. Paolo Sperandio Sabina sagra e profana. In Roma 1790. Quart. p. 348 dall' Archivio
di Aspra.

Urkunde von 950.

In nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi regnante gloriosissimo domno Constantino
serenissimo augusto Imperatore anno imperii eius Deo propicio tricesimo ~~anno~~ per
Indictionem VIII. Ego domnus Albericus patricius Romanorum filius domni Heberardi
iunioris incliti ducis et marchionis recolendae memoriae spontanea voluntate mea et pru
denti consilio uxoris meae nobilissimae feminae Agonissae cogitans repentinae morti
atque redemptione animae meae et refrigerio animarum inclitissimi Berengarii avi
mei, matris meae patris mei et omnium mortuorum generis mei sanus corpore et mente
cum omnibus sensibus sic dispono. Pro remedio animae meae et refrigerio dictorum mortuo